

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca
Harmonico-Biblica**

Alard, Nicolaus

Hamburgi, MDCCXXV

VD18 10490701

Caput II. De Conciliatoribus librorum Novi Testamenti.

urn:nbn:de:gbv:45:1-17504

Psalterium quintuplex in fol. Paris. 1509. 1513.

Cadomi 1515.

Rob. Allen, Angli, Concordantiae Proverbiorum Salomonis cum sententiis libri Ecclesiastae. Anglice 4. Londini 1612.

Sixti Senensis, Itali, Dominicani, in quatuor Proverbiorum, Ecclesiastis, Sapientiae & Ecclesiastici Volumina Sophias Monotessaron, hoc est, Sapientiae unius ex quatuor liber I. Ipse meminit lib. 4. Bibl. sanctae. Le Long. B. S.

Nic. Toinard, Galli, Harmonia libri utriusque Machabaeorum, jam pridem typis edita, sed nondum publici juris facta. Cardin. *Norisius* de Epochis Syro-Macedonum. Dissert. 2. Cap. I.

CAPUT II.

De Conciliatoribus librorum Novi Testamenti.

I. **H**armoniae Evangelicæ Scriptorum nunc erit præ aliis ratio habenda. Nullus equidem dubito, quin Iliadem post Homerum conscribere videar, postquam Celeb. D. *Jo. Alb. Fabricius* Catalogum ejusmodi uberrimum Biblioth. Gr. lib. IV. Cap. V. 212. sq. cum orbe eruditio communicavit. Verum enim vero, cum liber hic eruditissimus non sit in omnium manibus, neque tituli integri Harmoniarum Evangelicarum semper sint adducti, neque Historia litteraria propter delitescentes subsequentesque Auctores unquam futura sit omnibus numeris ab-

E 4 solu-

soluta, pace summe Venerandi Præceptoris nostri verba ipsius potiora in medium proferemus & accessiones nonnullas ex Cel. Le Longio aliquique collectas, judicio Fabriciano, h. e. consummatissimo, ea, qua par est, modestia, subjicimus.

Harmonie Evangelica Scriptores veteres.

De Harmonia Evangelica, in quam Sæculo XII. latine commentatus est *Zacharias Chrysopolitanus* Tom. XIX. Bibl. Patrum edit. Lugd. obvius, quamque vetus latinus interpres *Victor Capuanus* (a) venditavit sub falso nomine *Tatiani*: & de altera, quam latine vertit, & sub *Ammonii Alex.* nomine edidit *Ottomarus Luscinius* Augustæ Vindel. 1523. sed quæ & ipsa *Tatiano* (b) tribuitur in versione antiqua Theotisca per clariss. *Paltbenium* nuper vulgata, non repetam ea, quæ dixi in codice Apocrypho N. T. p. 378. sq. Ultraque latine, in Orthodoxographis & in Bibliothecis Patrum plus simplici vice edita est. Posterior è *Luscini* versione & recognitione *Casparsis Bruschii* prodiit etiam Erfurti 1544. & in Micropresbytico Basil. 1550. fol.

Tati.

(a) Hujus *Victoris Capuani* Catenam MS. in Evangelia habuit *Feverdantius*, & ex eadem fragmenta quædam *Polycarpi* produxit ad *Irenæ III. 3.* laudata etiam *Grotio* ad Jo. XVII. 4.

(b) *Tatiano* quoque adscribit *Baronius*. Sed ab ejus sententia discedunt non sine causa viri doctissimi. Vide *Antoniu[m] Pagi* ad A. C. 172. n. 3.



Tatianica Harmonia, quæ titulo isto fertur, brevicula erat historia rerum Christi, propriis auctoris verbis expressa, ac nihil minus, quam Harmonia. Ita *Jo. Millius* p. 53. Prolegom. in Nov. Testamentum Græcum.

Idem Diatessaron Arabice. Codex Bombicinus in folio. Biblioth. Vaticana, *Afamanus*, p. 619. Bibl. Orientalis.

Ammonii, Saccæ dicti, Harmonia, Canones & Capitula IV. Evangelistarum, Interprete *Victore Capuano* (qui eam *Tatiano* male inscripsit) studio *Othomari Luscini* edita. Augustæ Vindelic. 1523. 4. Moguntiæ 1524. 8. Coloniæ 1532. Eadem in Orthodoxographis & in Bibl. PP. Eadem ex recognitione *Casp. Bruschii* 8. Erfurti 1544. & in Micropresbytico in fol. Basileæ 1550. Eadem Gallice 8. Lugduni 1526. Eadem Latine & Danice, Bibl. Cottoniana p. 33. Codex scriptus circa annum Christi 1020. tempore *Canuti*, Angliæ & Daniæ Regis. Le Long. p. 449.

Ammonio Alexandrino adscriptam Harmoniam Evangelicam, seu Evangelicæ Historiæ ex quatuor Evangelistis perpetuo tenore continuatam narrationem Latine *Othomarus Luscinius* Augustæ Vindelicorum anno 1523. luce publica donavit. Differt autem hæc Harmonia à quatuor Evangeliorum Consonantia, quæ Moguntiæ 1524. cum Epist. nuncupatotia *Michaëlis Memlerii* & præfatione *Victori Capuani* prodiit, & in titulo ab *Ammonio Alexandrino* congesta, & à *Victore Capuano* trans-

E 5 lata

Iata dicitur. Posterior enim hac Evangeliorum Consonantia illa est, quæ alias *Tatiani* nomen præfixum habere solet, etsi forte rectius *Ammonio Alexandrino* tribuatur. *Thomas Ittigi*us p. 30. tract. de Biblioth. Patrum.

Ammoniana Harmonia exhibebat integrum Historiam Evangelicam, ipsissimis Evangelistarum verbis conceptam, adnexis ad Marginem textus cæterorum Evangelistarum parallelis. Operis fundus erat Evangelium S. Matthæi, ut ex *Eusebio* discimus in Epist. ad *Carpianum*. Huic enim adjectas fuisse ait ab *Ammonio* reliquorum ὄμοΦωνες seu ejusdem argumenti πεικοτάς. *Joannes Millius* p. 63. prolegom. in Nov. Test. Græcum.

Theophili Antiocheni perinde ut genuina *Tatiani* Harmonia Evangelica periit: si modo ulla unquam existit *Theophili* Harmonia, & non *Hieronymus Theophili* Commentarios in Evangelia, quos cum reliquorum ejus scriptorum elegantia congruere negat in Catalogo C. 25. & quorum latinam versionem hodie habere (c) nos, sunt, qui existiment, cum *Tatiani* Monotessaro confundens scripsit Epistola CLI. ad *Algasiam*: *Theophilus Antiochenæ* Ecclesiæ septimus post Petrum Apostolum Episcopus, quatuor Evangelistarum in unum opus dicta compingens ingenii sui nobis monumenta reliquit. Conf. *Zacharias Chrysopolitanus* p. 742. ex *Hieronymi* Homilia de villico iniquitatis.

Fra-

(c) *Theophilii* esse negant *Cotelerius* ad *Patres Apostol.* T. 21 p. 16. *Tillemontius*, *Albertus* & alii.

Fragmentum Epistolæ *Julii Africani ad Aristodem*, quo conciliatur &c. de hoc infra, cum de Genealogia Christi Deo annuente dicturi sumus.

Eusebii libri ὁρίσια διαφωνίας εὐαγγελίων, quos memorat *Hieron.* Catalogo C. 81. & ad Matthæi I. interciderunt. Exstant vero ejus Canones Evangelici, quibus secutus *Ammonium Alex.* (d) per X. columnas capitula Evangelistarum (qualia è veteri computatione etiam in melioribus N. T. editionibus & in Vett. MSS. ad marginem notantur) ita inter se comparavit, ut statim appareat, quotnam & quibus in pericopis Evangelistæ eandem rem referant. Hi canones jam omissa, jam præmissa Epistola *Eusebii ad Carpianum*, præfiguntur Græce quibusdam N. T. Editionibus, ut *Erasmi, Rob. Stephani A. 1550.* & Polyglottis: Latine ex *Hieronymi* versione occurrunt in editionibus Doctoris illius Stridonensis & in Orthodoxographis. Sed & Æthiopice in editione N. T. Æthiopica. Similiter Arabice, Syriace, Coptice, Anglosaxonice, exstant in codicibus novi Test. illarum linguarum MSS. Præterea in veteri scholio ad Marcum, quod è codice Bibl. Regiae produxit *Rich. Simon* lib. III. Hist. Crit. N. T. p. 89. allegatur *Eusebius* ἐν Γῷ πρὸς Μαρκῖνον ὁρίσι τῆς δοκόσης ἐν Γῷ εὐαγγελίους ὁρίσι τῆς αὐταράσεως διαφωνίας.

Epiphæ-

(d) *Hieron.* præf. in *Evangelia ad Damasum & Isidoros Hisp.* VI. 15. Origg.

Epiphanium à viris quibusdam doctis inter scriptores Harmoniae Evangelicæ referri video, propter ea, ni fallor, quæ disputat hæresi LI. Alogorum.

*Augustini libri IV. de Consensu Evangelistarum leguntur in parte posteriore Tomi tertii editionis luculentæ Operum Doctoris Hipponensis, quam Monachis Benedictinis *Francisco Delfau, Thome Blampino & aliis* viris doctis congregacionis S. Mauri Christianus orbis debet.*

De *Hieronymo* vetus Scriptor à *Io. Mabillonio* T. IV. *Analect. editus* : Evangelii Historiam ita conciliatoriis (e) dissertationibus declaravit, ut unicam fore arbitretur. Videlicet in commentariis suis ad Matthæum & in aliis scriptis subinde speciem διαφωνίῶν in Evangeliis conatur tollere, licet nullum ejus opus peculiare sub titulo Harmoniae Evangelicæ exstet.

*Iuvenci Metaphrasis Poëtica Latina Historiæ Evangelicæ merito huc refertur, perinde ut Theotisca illa vetus *Otfredi*, de qua *Serpilius* p. 38.*

Utrum Constantini M. Imperatoris τελστὰ & πτεργαστὰ huc spectent, quæ memorat *Eusebius* in ejus Vita III. 37. eruditus Lector judicet. Sane ita visum *Ioanni Lightfooto Hor. Hebraic. ad Joanis VIII.*

Ven. Serpilius præf. ad Coueti du Vivier Harm. Evangelicam Germanice redditam p. 26. notat erro-

(e) *Ita forte' legendum pro consolatoris. Cotelerius legit conciliatoris.*

errorem *Draudii*, qui *Gregorii Nazianzeni Miracula Christi* inter *Harmonias Evangelicas* posuit.

Ex *Hesychii Hierosolymitani* (f) ἐναγγελικῆς συμφωνίᾳ præstantissimus *Cotelerius* Tomo III. monumentorum Ecclesiæ Græcæ edidit cum versione sua & notis συναγωγὴν ἀποειῶν καὶ λύσεων, quibus loca nonnulla Evangelistarum inter se conciliantur.

Anonymi Monotessaron jussu *Ludovici Pii* compositum, quod evolvit olim D. *Lutherus*, servatur in Bibliotheca Paulina Lipsiensi & celebratur à *Joachimo Tellero* Τῷ μαναεῖην in præfat. ad Catalogum MSS. illius Bibliothecæ, ubi p. 5. ita: Monotessaron S. Unum de quatuor jussu *Ludov. Pii* compositum, s. *Harmonia Evangelistarum*, quo libro aliquando *Megalander Lutherus* ex concessione amiciss. *Borneri* fuit usus, & cujus à *Polyarp. Lysero* in *Harmoniæ Part. I.* p. 13. non fallax fit mentio, expressissima autem in *Traité des plus belles Bibliothèques de l'Europe par le Sieur Gallois* p. 77. Idem liber à *Fellero* p. 79. hujus catalogi affertur tanquam Germanice conversus, qui idem procul dubio est, quem in præfat. attulit. *Andreas quoque Osiander* testatus est, usum se esse *Anonymi* veteris harmonia è Monasterio ad fontem salutis.

Clement.

(f) Solenne est huic *Hesychio*, gesta & dicta Christi, quo facilis difficultates etiam perleves solvat, multiplicare, uti faciunt è recentioribus A. *Osiander*, *Carolus Molanus*, *Jo. Cluverus*, *Abr. Calovius*, *Casp. Hermannus Sandhagenius*.

Clementis Presbyteri Lanthoniensis (circa A. C. 1170. clari) Harmoniam è Latino Anglice versam à Jo. Wickefo servant Angli MS. in suis Bibliothecis.

Monotessaron hocce asservatur Oxonii Biblioth. Universitatis cod. 19. Bibl. Collegii Mertonensis cod. 707. Bibl. Bodleiana cod. 1172. 2045. 2333. Cantabrigiæ Bibl. Aulæ Pembrochanæ cod. 43. n. 1972. Bibl. Ecclesiarum Angliæ cod. 1314. 8245. Romæ Bibl. Cardinalis Ottoboni: codex scriptus à trecentis annis, Anglice à Jo. Wickefo redditæ, Bibl. Bodleiana cod. 1279. Biblioth. Norfolciana. In Gallis Bibl. Lytana Dicæsis Ebroicensis.

Harmonia Evangelica scriptores recentiores ordine literarum recensiti.

Novum opus, seu Harmonia quatuor Evangeliorum, Græce, Parisiis, Bibl. Memmiana.

Concordia Evangelistarum Græca. Codex bonæ notæ quingentorum aut sexcentorum annorum, juxta Joh. Mabillon, Parisiis Bibl. Achil. de Harlay, Senatus Parisiensis nuperi Principis.

Harmonia quatuor Evangelistarum, Persice, liber complectens seriem narrationum omnium, quas scripserunt quatuor Evangelistæ, juxta ordinem vitæ Domini nostri Jesu Christi, absque ulla additione vel detractione; præmittitur docta Præfatio. Scriptus fuit hic codex feria 2. die 21. mense Tisrin secundo à Creatione Adami anno

6923.



6923. Æra Alexandri Magni 1859. Æra Christiana 1550. Æra Mohammedana seu Hegiræ an. 954. regnante Imperatore Soltano Solymano Magno, per pauperem peccatorem & servum servorum Sacerdotem Ibrahim filium Diaconi Abdullab, ex civitate Asankia in Assyria Christiano Soriano Jacobita. Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina Cod. 16. D'Herbelot in Catalogo MSt.

Concordia quatuor Evangelistarum cum Commentario. Bibl. Ecclesiarum Angliæ, cod. 1343.

Evangelia Harmonice disposita & explicata, ibid. cod. 289.

Liber oblongus, Ormulum inscriptus, continens Harmoniam Historiæ Evangelicæ Latine cum Commentario lingua Scotica. ibid. Cod. 5113.

Vita, seu Evangelium Jesu Christi ex quatuor Evangelistis. Francof. 1594.

Die 4. Evangelisten vereiniget und zusammen gezogen, mit einer Vorrede Phil. Melanchthonis 1530. 8. vid. Schwindelii Priester-Biblioth. p. 426.

Harmonia der Historie von Jesu Christo zusamt der Apostel Geschichte. Argentor. 1643. ibid. pag. 418.

Monotessaron, seu Historiæ Evangelicæ libri sex. 4. Lipſ.

Anonymi Concordia Evangelica Paris. 1653. edita, & Tillemontio atque aliis ſæpe laudata. Vid. infra Ant. Arnaldum.

anno-

Anonymi concordia edita Gallice sub titulo: *Meditations sur l'Histoire & la concorde des E-vangiles.* Bruxellis 1676. 12. duobus Vol. conf. eundem *Arnaldum*, ubi hæc quoque editio memoratur.

Anonymi Angli *Harmonia Evangelistarum*, ex Bibliotheca *Jac. Usserii*, Armachani, protracta & in Germanicum sermonem translata à *Christiano Knorrio à Rosenroth.* 8. Francof. 1672. Eadem cum Præfatione *Augusti Hermanni Franckii.* 8. *Ha-læ Saxonum* 1700. In hac Harmonia laudandum, quod Chronologiam habeat præfixam, & in translatione Germanica non textus saltem adhibetur ex versione Lutheri; sed & Anglicæ versio in nostrum idioma conversa, aliis tamen literis repræsentetur, tum quod eruditissimæ ad textum sacrum adjectæ sint annotationes, eundem multis in locis illustrantes, licet eadem per omnia omnibus vix sese adprobaturæ sint. *Jo. Georg. Pritius* in Introd. in Lect. N. T. cap. 15. Vindicatur prolixe Harmonia hæc *Knorrio à Rosenroth.*, ut suo auctori, in Introd. *Sagittarii* ad Hist. Eccl. P. II. p. 14. sqq. Adde *nova literaria Lipsiens. Latina* an. 1718. pag. 193. ubi de Vita & scriptis nostri ceteris differitur à *B. Ungero*, *Knorrii cognato.*

Textus quatuor Evangelistarum, Historica serie concatenatus, sive Vita & Doctrina JESU Christi, cum notis litteralibus in loca difficiliora, auctore *Anonymo Gallo.* 12. Paris. Moreau 1709.

Histoire

Histoire & Concorde de quatre Evangelistes, contenant selon l'ordre des Temps la vies, & les Instructions de nostre Seigneur Jesus Christ de Port Royal. Bruxell. -- 1676. *Lipen.* B. T. tit. Evangelistæ quatuor & eorum Evangelia. Sed annus & locus impressionis docent, eundem librum esse cum Arnaldi infra cit.

Analyse de l'Evangile selon l'ordre historique de la Concorde avec des dissertations sur les lieux difficiles par le R. P. - - - - Prêtre de l'Ora- torie à Paris 1694. 3. Vol. 12.

Anonymi Conciliatio Evangeliorum Matthæi & Marci, Anglice. Bibl. Bodleiana cod. 658.

Gilde Albanii Concordia Evangelicorum. Pof- sevinus. Vide observationem & monita Ven. Ser- pilii in præf. ad *Abr. Coueti du Vivier Harmoniam*, Germanice versam p. 7.

Erasmi Alberi Harmonia Evangeliorum. Ro- terod. - - - Laudatur B. D. *Micraelio* in Syn- tagm. Hist. Ecclesiasticæ p. 458. libri III.

Iulii Aleti, Dei Salvatoris Vita, Passio & Mors ex quaruor Evangelistis, Sinice. *Soruel* Bibl. Script. Soc. Jesu p. 530.

Io. Alesii, Juvenensis, Methodus Evangelii Je- su Christi, sive Harmonia IV. Evangelistarum. 8. Lichæ 1605. vid. infra *Bernb. Copum.*

Natalis Alexandri, Galli, Rotomagensis, Do- minicani, Theol. Doct. & Prof. Parisiensis, Expo- sitio litteralis & moralis Evangelii Jesu Christi, se- cundum quatuor Evangelistas. Paris. 1703. fol.

F

Conf.

Conf. Act. Erud. Lips. A. 1705. p. 388. Add. D. Veielii Dissert. in selecta Hist. Eccl. capita.

Christoph. Althoferi, Theol. D. & Prof. Altdorf. deinde Superint. Culmbacensis, Harmonia quatuor Evangelistarum emedullata. Jen. 1653. 1658.
 4. *B. Calovio Altorfferus* vocatur per vitium Typographi In Prolegom. de Scriptoribus Hermonicis, ejusd. Bibliis illustr. N. T. præmissis p. 13. b. in. Plura de hoc ipso dabit *Serpilius* l. c. p. 8. Vide etiam Cl. *Crenii* Animadversiones Historico-Philolog. Part. IV. p. 218.

Dion. Amelotte, Galli ex Santonibus, Th. D. & Congreg. Orat. Presb. Vita Christi, aut Unitas quatuor Evangelistarum, Gallice. 12. Paris. 1669. Latine ibid. 1670. Laudes Auctoris habet *Serpilius* l. c. In primis conf. *Rich. Simonis* Histor. Crit. N. T. lib. III. p. 883.

I. *André Historia Jesu Christi, sive Harmonia quatuor Evangelistarum* 12. Paris. 1670.

Io. Valent. *Andree Harmonia vitæ Jesu Christi Theanthropi*, in ejus subsidiis rei Christianæ & literariæ. Tubing. 1642. 12.

Thome Aquinatis vid. lit. T.

Ant. Arnaldi, Parisini, Theol. D. & socii Sorbonici Historia & Concordia Evangelica, studio Theologi Parisiensis. 12. Parisiis 1643. Latine, atque inde Gallice 1653. 1660. Lovanii 1675. 4. editio 12. Antverp. 1689. Eadem V. Biblia Gallica 10l. Bruxellis 1701. 1702. Gallice 12. Parisiis 1669. Bruxellis 1676. Lugduni 1690.

in 8. Bruxellis 1710. Vulgavit hanc, ut *Io. Rubi*
Concordiam comptiorem & meliorem redderet.
Sagittar. Introd. in Hist. Eccl. Tom. II. p. 24.

Nic. Avancini, S. J. *Doctrina & vita IESu Christi*.
Amstel. 1667. vid. *Serpil.* l. c. p. 9.

Jo. Avenarii, vulgo *Habermann*, Bohemi,
Theol. Doct. & Prof. Witteberg. *Harmonia Evangelica*,
seu vita Christi ex omnibus Evangelistis.
12. Basil. 1583. 1588. Germanice 8. 1616.

Augustus, Seren. Dux. Brunsv. & Luneb. post
passionis Christi Historiam Harmonicam volebat
conscribere Vitæ Jesu Christi Historiam, & hujus
rei periculum fecit in contexendis Evangelii, Epi-
stolisque anniversariis, quod opus sub titulo Evan-
gelico-Ecclesiasticæ Harmoniæ aliquoties prodiit.
Vid. *Conringii* epist. de Biblioth. Augusta p. 245.
sq. & epist. gratulat. de natali 88. adde *Placcium*
de Anonymis p. 5.

Jac. la Peyre de Auzeles *Evangelia secundum*
Evangelistas, videl. *Concordia Evangelistarum*.
Paris. 1610. 4. eadem Gallice fol. & 4. ibid.

Jo. Baazii, Lincopiensis Sueci, Episcopi We-
xoniensis, *Harmonia Evangelica*. 4. Calmariæ
1627. Conf. *Schefferi* Suec. lit. pag. 72.

Domin. de Baltanas Mexia, *vita IESu Christi*.
Hispan. *Serpil.* p. 11.

Jo. Banzii *Harmonia Evangelica*. Colon. 4.
1624. 1627. Rostoch. 1629. Hic auctor mihi
suspectus est, & vereor, ne idem sit cum Baazio.
Certe annus 1627. quo Coloniæ editus ejus liber
dicitur, convenit cum Baazii ed. Calmar. 1627.

Cæsar Baronius, Neapolit. Congreg. Orat. Presbyt. & Cardinalis, item *Sam. Basnagius*, Flottemanvilleus, Tomo primo annalium. Hos à *Serpilio* video rejectos.

Sebast. Barradii, Lusitani, Jesuitæ, Theol. & SS. Litt. Prof. Concordia Evangelica cum Comment. 4. Vol. fol. Conimbricæ 1599. & seq. Moguntiæ 1601. 1627. 4. Vol. 4to. Venetiis 1606. 4. Vol. Lugduni 1608. 1621. Antverp. 1613. 1622. Concordia hæc spisso IV. Tomorum Volumine at minori judicio & à *Æ. Beé* ab auctore expedita dicitur *Calovio* l. c. p. 13. a. add. *Serpil.*

Matthie Bartels J. U. L. Sancta Historia Vitæ D. N. J. C. è quatuor Evangelistis, ad ductum B. Detlevi Becmanni adornata, additis vaticiniis V.T. de Christo &c. Hamb. 1699. 8. Germanice.

Concorde Evangelique recueillie par Monsr. l'Abbé *Baudouin*, avec ses notes sur tous les autres livres des N. T. pp. 184. MS. in Biblioth. Schröderiana in fol. n. 4.

Benjam. Beauport, Galli, Franciscani, Monostessaron Evangeliorum cum expositione. Gallice 8. Paris. 1552. Harmonia Evangelia 1560.

Thom. Beauxamis, Carmelitæ, Theol. Doct. Paris. Evangelica Concordia, seu Commentarii in Harmoniam Evangelicam ex antiquis Patribus congesti. 4. Vol. fol. Paris. 1585. 3. Vol. fol. ibid. 1590. Lugd. 1593. Paris. 1618. 1650. Laudatur à *Possivino* in apparatu S. T. I. p. 67.

Balthas. Bebelii, Theol. Doct. & Prof. & Circu-

li Saxonici Superint. gener. Antiquitates Evangelicæ. 4. Argent. 1673.

Ces. Becilli, Urbinatis, Congreg. Orat. Presb. Connexio Evangeliorum, in qua textus ordine servato, rerum gestarum series indicatur. 8. Romæ 1623. 1625. 12. Paris. 1650. 1651.

Detlevi Beermannii Vita Christi, Meditationibus ducentis illustrata. Hamb. 1684. 8. Germanice. Item Lindau 1691. 4. & Ulmæ cum figuris æneis.

Jani Birchberodii, à pago Seelandiæ sic dicti, Dani, Theol. Doct. & Prof. Hafniensis, series Chronologica annorum Jesu Christi. Hafniæ 1679. 4.

Job. Boissi, Sudovolgiensis, Th. D. Ecclesiæ Eliensis Canonici & Præbendarii Cantuariensis, Collatio in IV. Evangelia & Acta Veteris Interpretis cum Beza, aliisque recentioribus. *Serpil.* Non puto librum istum huc pertinere, quia tantum vulgaritatem Versionem cum aliis versionibus confert.

Bonaventuræ Cardinalis, Joannes, seu ut alii, *Petrus Fidanza* in Baptismo dicti, à Græcis vero *Eustachius & Eutychius* appellati, Doct. Seraph. gente Itali, Meditatio Vitæ D. N. J. C. in qua IV. Evangelia in unam redegit Historiam.

Jo. Bourghesi, Hannonis, Malbodiensis, Jesuitæ, Theol. Prof. Duacensis, Historia & Harmonia Evangelica, tabulis & quæstionibus explicata. Montibus Hannoniæ 1644. fol.

Guil. Branteghem Jesu Christi vita, juxta quatuor Evangelistarum narrationes (ex versione D. Erasmi) 8. Antwerp. Matthæi Cromme 1537. 1541.

Jo. Brissonii, Hannonii, Duacensis Theologi, aliis *Buiffonius*, aliis *Rubus* dicti, Jansenium Gandavensem secuti, Historia & Harmonia Evangelica, seu Vita Jesu Christi, ex IV. Evangelistis in unum historiæ corpus congesta, adjectis suis locis ordinis & consensus ratione. 8. Duaci 1571. 1575. 12. Colon. 1572. 1604. 1608. 8. Romæ 1575. 1567. Leodii 1593. 12. Paris. 1608. 1609. vid. *Sagittarii* Introd. ad Hist. Eccles. T.II. p. 22. item supra *Ant. Arnaldum*.

Ant. Broeckwey, item *Broichius*, *Brockevius*, *Broekius* & *Brueckius à Kæningstein* appellati, Belgæ, Minoritæ, Theologi, breve Monotessaron è IV. Evangelii, quod concionatoribus memoriam juvandæ gratia multum conducit. 8. Colon. 1539. 1542. 1550. Paris. 1551. 1554. 8.

Laurentii de Bruin, Ministri J. C. Schelluinensis, qui Celeb. *Fabricio*, *Serpilio* & *Langio Florentius* nuncupatur, Harmonia Evangelistarum (ab initio Evangelii ad primum Christi Pascha à Joanne annotatum) Belgice 8. Dordraci 1690. vid. *Acta Erudit.* Lips. A. 1690. p. 561.

Egregium quid in hoc argumenti genere nos quoque sperare jubet labor indefessus D. *Jo. Franc. Buddei*, Prof. Th. apud Jenenses meritissimi, qui per aliquot annos in Lectionibus publicis Harmoniam Evangelistarum accurate proposuit. Vid. *Sagittar.* l. c. p. 12. in.

Jo. Bugenbagii, Pomerani, Concordia Evangelica Historiæ passi Christi & glorificati non tantum prostat Witteb. 1524. 8. de qua infra suo loco;
sed

sed & sub finem vitæ instituerat, totam Historiam Evangelicam in talem Harmoniam seu ordinem redigere, & ad Marci potissimum contextum accomodare; sed senectute impeditus & morte præventus opus vix inchoavit. Ex cuius inchoata delineatione D. *Paulus Crellius* profitetur, se suam Harmoniam extruxisse. Vid. *Chemn.* Proleg. in *Harmon. Evangel. Historiæ Cap. II.* circa fin.

Io. Buissonius vid. *Brissonius* supra.

Henr. Bullingeri, Helvetii, Ecclesiæ Tigurinæ Ministri, Dispositio Historiæ Evangelicæ per IV. Evangelistas in formam Enchiridii redacta. 8. Tigur. 1553. 1557.

Henr. Buntingii, Past. Ecclesiæ Grunowiensis in Brunsicensium terris sitæ, Harmonia Evangelistarum, cum septem annorum Christi (1. 2. 30 -- 34.) Calendariis Historicis. Germanice fol. Magdeb. 1589. 1594. 1612. 1672. Latine fol. ibid. 1591. Suecice Holmiæ 1617. Adi *Languum* præf. ad *Clerici Harm. §. XV.* & *Serpilium* l.c. pag. 14.

Franc. Burmanni, fil. Ecclesiastæ Amstel. Harmonia singulis Evangelistis accommodata. Belgice Amstel. 1713. 4. In ea sequitur is in primis *Salom. van Til.*

Petri Butini Histoire de la vie de J.C. ou Paraphrase Harmonique des quatres Evangiles. In plerisque *Io. Clericum* est secutus. Gallice Genev. 1710. 4. atque iterum Unschuldige Nachrichten 1710. p. 96. *Bibl. Choisie de Mr. le Clerc.* T. 20. p. 208. II. Vol. in 8.

Calisti seu *Calixti*, Placentini, opus Chronicum super IV. Evang. in quo diligentem suppitationem Peregrinationum & Actuum Domini nostri IESu Christi de die in diem annotat. Lugd. - - - 1573. Paris. *Lipen.* B. T. tit. Evangelistæ quatuor & eorum Evangelia.

Georg. Calixti, Slesvicensis, Theol. Doct. Prof. Helmstad. Regiæ Lutheræ Abbatis, quatuor Evangelicorum scriptorum Concordia, ex ejus dictatis inscio Auctore edita. 4. Halberstadii 1624. Brunsvici 1634. 1649. Goslariæ 1638. Helmstadii 1643. 1664. Hanc ipsam ob varios errores tum in Harmoniam & Historiam, tum in dogmata fidei impingentes, vix in censum venire autumat *Calov.* Prolegom. de Scriptoribus Harmonicis p. 13. b. in. Elogia contra & plura observatu digna *Langius* l. c. habet §. XXII.

August. Calmet, Benedictini, Vita Christi. Gallice 1722. 8.

Abrab. Calovii, Borussi, D. & Profess. Witteb. Th. Circulique Elect. Saxon. Superint. gener. Harmonia Evangelica, ad concinnandum novum Monotessaron. Germanice Witteberg. 1680. 8. & Latine in Bibliis illustratis Tomo I. N. T. 4. Vol. fol. Francof. 1672 - - 1676. & Dresd. 1708. De Instituto *Calovii* idem videatur *Langius* l. c. §. XXV.

Io. Calvini, Galli, Th. & SS. litt. Prof. Genevensis Ministri (g) Harmonia ex Matthæo, Mar-

co,

(g) *Calvinus Andrea Ossandro* veluti è diametro adversatur, & dum temporis ordinem sæpiissime ab Evangelistis ne-

co, Luca (nam in Johannem separatim scripsit)
fol. Genev. 1553. 1555. 1560. 1582. 1595. 1604.
1614. 1624. 8. ibid. 1563. Eadem Gallice fol.
ibid. 1554. 1563. 1573. 4. ibid. 1561. Germani-
ce unacum Evangelio S. Joannis fol. Heidelberg.
1590. Vid. *judicium Serpili* l.c. pag. 15. sq. Conf.
Histor. Bibl. Fabric. Part. I. p. 341.

Caroli Hildebrandi, liberi Baronis de Canstein
Harmonia & expositio Evangelistarum, vulgata
Germanice sub rubro: Harmonie und Auslegung
der H. vier Evangelisten, oder die Schriften der Ev-
angelisten in eine Zusammenfügung gebracht, und
nach ihrem Wort-Verstande von Versicul zu Ver-
sicul erklärret, samt daraus gezogenen Lehren und er-
bautlichen Anmerkungen. Halæ Sax. 1718. fol.
Auctor in primis B. Sandbagenium sequitur.

Jac. Capelli, Galli, Sedanensis, Ling, Hebr. & Th. Prof. Sedanensis, Historia Christi ex IV. Evangelistis in Harmoniæ speciem digesta. V. ejus operum Catalogus. Adi Serpil. p. 16.

*Franc. Carriere, Galli, Aptensis, Minoritæ,
Th. Doct. Medulla Bibliorum, seu Concordia
Evangelica. 16. Lugd. 1660.*

Ludov. de Carriere, Galli Andegavensis, Congreg. Orat. Presbyt. Concordia Evangelica, in-

F s fer-

glectum supponit, etiam ubi diversa narrare videntur
Evangelistæ, unam eandemque rem ab illis referri arbi-
tratur. Dicam & hic cum *Livio* XXVI. 49. Si ali-
quibus assentiri necesse est, media simillima vera sunt;
nam ambæ sententiaæ & Osiandri illa & hæc *Calvini*
excedere aliquando modum videntur, ut magno Che-
mnitio probe observatum.



sertis in textu quibusdam vocibus. 2. Vol. in 12.
Remis, Godard 1711.

Ibo. Cartwrighti, Angli, Warvicensis, Theol.
Doct. & Prof. Cantabrigiensis, Harmonia Evan-
gelica, per Analysis Logicam & Metaphrasin Hi-
storicam illustrata. 4. Amstel. 1627.

Ejusd. Commentaria practica in totam Histo-
riam Evangelicam. ibid. 1630.

Sim. de Cassia, cognomento *Fidati*, Ord. D. Au-
gustini, Gesta Salvatoris ex IV. Evangelistis.
Colon. f. 1533. 1540.

Petr. Alex. Castilleji, Hispan. Franciscani, Har-
monia Evangel. lucem nondum aspexit. *Serpil.*
pag. 17.

Mattb. à Castro, Flandri, Insulensis, Canonici
Regul. S. August. Abbatis Falempiensis, Epitome
in Concordiam Evangelicam *Corn. Jansenii*. Ant-
verp. 8. 1593.

Centuriatores Magdeburgenses Tom. I. Capit. X.

Jo. Chartier, Galli, è vico de Gerson, Dioce-
sis Remensis, Th. D. & Cancellarii Parif. Acad.
eruditissimi Monotessaron, id est, de Concordia
Evangelistarum Ext. T. I. Opp. Argent. -- 1488.
Colon. 8. 1546. 1586. Vid. plura apud *Langium*
præf. ad *Clerici Harmoniam* §. VII.

Mart. Chemnitii, Theol. D. & Prof. Witteb.
Harmonia Evangelica, à *Polycarpo Lysero* (h) &
jo.

(h) *Lyserus* incepit à capite 52. *Gerhardas* à Capite 141.
Ex merito commendatur hoc opus in Consiliis Wit-
tebergensibus Theol. Part. I. tit. I. num. 4. In tabulas
illud rededit *David Klugius* o *maxac. tns.*

Jo. Gerardo continuata atque ad umbilicum per-
ducta. Partes III. 4. Francof. 1593. Eadem de-
nuo correcta à *Lysero* 4. ibid. 1600. Libri III. pars
II. quæ est *Polycarpi Lyseri* 4. Lipsiæ 1604. Libri
IV. Pars I. *Lyseri* 4. Francof. 1608. Lib. IV. Pars
II. *Lyseri* 4. ibid. 1610. Libri V. Pars I. *Lyseri* 4.
ibidem 1611. Harmoniæ per *Gerhardum* continu-
tæ Pars I. 4. Jenæ 1626. Pars II. & III. 4. ibidem
1627. Eadem *integra* 3. Vol. fol. Genevæ 1628.
1645. 1655. Roterodami 1646. Jenæ & Hambur-
gi 1647. Francof. 1657. 2. Vol. fol. Hamb. 1704.
Omnium, inquit *Calovius*, hoc in studio antecel-
forum conatum & diligentiam longe post se inter-
vallo reliquisse incomparabilem Theologum Dn.
D. Mart. *Chemnitium*, quem ut in reliquis suis scri-
ptis alios, ita in Harmonia seipsum superare non
immerito ab eruditis judicari Magnus noster *Ger-
hardus*, parens, ο μακαρίτης ex vero judicat - - -
adeoque opus illud omnibus verbi Dei culto-
ribus, SS. Theologiæ & Ministerii candidatis, ceu
Thesaurum Evangelicum, auro & gemmis contra
pretiosum iterum iterumque serio commenda-
mus. Vid. ejus Proleg. de Scriptor. Harm. pag.
13. b. Adde *Alethæi Bericht von den Commenta-
toribus Part. I. p. 257. Car. Arndii Biblioth. Biblic.*
B. Mayeri continuat. p. 109. & *Wendleri Dissertat.*
de præcipuis Sec. XVI. & XVII. Theologis pag.
133. sq. item *Ci. Crenium Animadversion. Part.*
IV. p. 218.

*Ejusd. Chemnitii Epitome Harmoniæ Evan-
gelicæ. Witteb. 8. 1594.*

Jo.

Jo. Christiani, Helvetii, V. D. Ministri Munsingens. Speculum Harmonicum præcipuarum Harmoniarum. Bernæ 1642. 4. & Germanice Ao. 1643. teste *Lipenio*, ipse enim librum haud vidi.

Jo. Clerici, Genevensis, Armin. Histor. & Ling. Hebr. Prof. Amstelod. Harmonia Evangelica, in qua uno conspectu quatuor columnis verba Graeca Evangelistarum integra conferuntur, addita Latina versione vulgata & editoris Paraphrasi Amst. 1699. fol. & Latine tantum Altdorfii (titulus præfert Lugdunum) 1700. 4. Anglice quoque prodiit Lond. 1700. 4. Fatetur *Clericus* in ordine præ ceteris institisse se vestigiis *Jo. Richardsoni*, de quo infra. Etiam notas in hanc Harmoniam suam pollicetur in *memoriis litterariis Triputtinis* A. 1702. Part. I. p. 157. Adi *Serpilium* p. 18.

Jo. Cluverii, Stormari, Theol. Doct. & Prof. in Acad. Sorana, postea Australis Dithmarsiae Superintendentis, Harmonia Evangelistarum digesta secundum Paschata & itinera Christi, edente filio Mich. Cluvero. Rostochii 1628. 4. Lubecæ 4. 1641. Regiom. 4. 1642. 8. Hamb. 1701. Paucis constans foliis, de qua *Calovius* judicat, eandem esse nervose & solide concinnatam, aliisque palam facile præripere. vid. Proleg. l. c.

Laur. Cedomanni, Gymnasii Curiensis in Variscia Præceptoris, Historia dilecti Domini nostri JESU Christi, ex quatuor Evangelistis ordine collecta, ut nihil Historiarum & verborum omisum, sed quodlibet suo loco & tempore, quo gestum est, fideliter & diligenter positum sit: omnium
pion-

piorum Christianorum, præcipue vero juventutis in Gymnasio Curiensi usui dicata. Germanice Norimberg. 4. 1568. Frf. 1586. Vid. quæ observat *Langius* præf. ad *Clerici Harmon.* §. XII.

Brunonis Cognati, Carthusiani, *Harmonia*, quem de nonnullis monet *Petavius* II. 12. Epist.

Bartholdi Comandi, Itali, Minoritæ, Vita & Opera Jesu Christi, manu SS. Evangelistarum scripta, vel contextus Evangeliorum, sive unicum Evangelium secundum quatuor Evangelistas. 12. Romæ 1695.

Petrus Comestor, Trecensis, vulgo *Magister Historiae Scholasticae* dictus, circa A. 1150. cum totam veteris Testamenti Historiam, tum Historiæ etiam Evangelicæ Harmoniam adornavit. De utraque conferat, qui volet, B. *Chemnitii* Proleg. in *Harmon. Evang. Historiæ* p. m. 6. b. f. sq.

Georg. Constantii Vita Christi ex IV. Evangelistis. Litomislīi 12. 1660. ex fide *Lipenii*, tit. *Vita Christi*.

Alani Copi Historiæ Evangelicæ unitas, seu Singularia vitae Domini nostri Jesu Christi, eo ordine, quo gesta sunt, recensita, & ex ipsis quatuor Evangelistarum verbis contexta. Lovan. 1572. 4. Duaci 1603. Conf. *Sagittarii* Introd. in *Histor. Eccl. P. II.* p. 22.

Bernb. Copi Harmonia quatuor Evangelistarum; exstat cum serie rerum gestarum à nativitate Christi usque ad desolationem Hierosolymorum *Jo. Alesii*. Lichæ 8. 1605. 1615. Conf. supra *Jo. Alesum*, cum quo prodiit *Copus*.

Sime-

Simonis du Corry, Neapol. Ordinis Cœlestinorum, Pandectæ novæ legis, hoc est: ordinata omnium, quæ in quatuor Evangelistis sparsa sunt, continua narrationis serie complexio, servato tempore, rerumque gestarum ordine, proinde unum ex quatuor. 12. Lugduni 1547. Antverp. 1555. 1591.

Abrahami Couet du Vivier, Concion. Galli Ha giensis, Historia Evangelica| ordine naturali dige sta, ita ut ratio habeatur potissime locorum, in quibus versatus est Dominus. Sive nova Harmonia IV. Evangelistarum (ex ipsorum contextu secundum versionem Gallicam Genevensem) in 4. Hagæ Comitis 1705. Gallice. Eadem in Germanicum sermonem conversa ab *Hectori Maximiliiano de Geyersberg & Osterburg*, S. R. I. Comite in 4. Ratisbonæ 1711. quam erudita præfatione de Scriptoribus Harmoniarum Evang. ornavit *Georg. Serpilius*, Past. Sup. & Consistorialis primar. Ratisbon. Plura habet idem *Serpilius* p. 20. sq.

Sam. Cradoci. Angli, Harmonia quatuor Evangelistarum, Anglice fol. Lond. 1668. 1684. 1695.

Rob. Creutbii Harmonia Evangelistarum. *Dempsterus* Histor. gentis Scoticæ.

Pauli Crellii, Mansfeldensis, Th. Doct. & Prof. Witteb. Monotessaron Historiæ Evangelicæ, seu Evangelia Jesu Christi aus den vier Evangelisten zusammen gezogen. Wittenb. 8. 1566. 1571. 1613. Ex Bugenhagio fere, quem vide supra.

Simon

Simon de Cremona Harmonia Evangelica. Ser.
pil. pag. 22.

Adriani Crommii, Belgæ, Jesuitæ, S. Script.
Prof. sanctissima IV. Evangelia, historico ordine
Concordiæ in modum digesta. 4. Lovan. 1633.

Christ. Crucii, Belgæ, vita Christi ex IV. Evan-
gelistis breviter contexta. 12. Antverp. 1578.
(Adrichomio tribuitur.)

Didaci Deza, Hispani, Dominicani, Theol.
Prof. tandemque Archiepiscopi Hispalensis, Mo-
notessaron, hoc est, contextus unicus quatuor Ev-
angelistarum. *Bibl. Collegii Hispalensis*, Nic. Antonius
in Bibl. Hispana. B. Calovio auctor *Diegus Deza*
vocatur, Proleg. saepius cit. p. 12. b.

Lud. de Dieu Animadversiones, seu Comment.
in IV. Evangelistas. Lugd. 1631. 4.

Jac. Dornkrellii ab Eberhertz patris & filii, in
Harmonia Biblica, non omnibus probata. Luneb.
1686. fol. Germanice, & novis curis filii de inte-
gro ibid. 1688. 8. separatim sub titulo: *Der Ev-*
angelischen Vergleichung zweyte Arbeit. Plura da-
bit *Serpilius* p. 22. Conf. *Unschuldige Nachrichten*
1702. p. 265.

Io. Georg. Dorschei, Argent. Th. Doct. & Prof.
Commentarius in IV. Evangelistas, per solidam
apodixin, exegesin, Harmoniam & Parallelis-
mum, verum sensum exhibens, falsum refutans,
cum Chronotaxi Actorum Apostolicorum, &
præfatione *Io. Fechtii* de vita & scriptis *Dorschei*.
Hamb. 1706. 4.

Ibem⁹

Thom. Draxi, Angli, Warvicensis, Harmonia Evangelica ex Matthæo, Marco & Luca, Commentariis *Io. Calvini* opposita, in Johannem Evangelistam Comment. Genev. f.

Laurent. Echard, Episc. Anglic. in Historia Ecclesiastica generali trium priorum seculorum. Lond. 1702. fol. Anglice. Vid. *Act. Erud. Lips.* 1703. pag. 473.

Georg. Ederi, Elector. Bavar. Consiliarii, Oeconomia Bibliorum, cui Harmoniam Evang. ex Ammonio Alexandrino sumtam, subjunxit, ut ex *Posservino* refert *Serpilius* p. 23.

Laurent. Edingeri, Dani, Lingg. Orient. & Mathes. Prof. Hafniens. Prolegomena generalia ad IV. Evangelistas, & delineatio Harmonicæ ἀκολυθείας Evangelii de Christo. Hafn. 8. 1669. & seq. *Barthol.* de scriptis Danorum pag. 96. 427.

Io. Egenolphi à Knorringen vita D. N. J. C. ex IV. Evangelistis, quem *Serpilius* l. c. *Posservino* teste citat.

Ernesti III. Saxoniae Ducis, Pii dicti, Harmonia Evangelica, Germanice. *Witte* in Biographio Historico.

M. Ruperti Erytibropoli, aliis *Erytrophili*, Pastoris Hannoverani, Catena aurea in Harmoniam Evangelistarum. Magdeb. 1604. 4. & Germanice 1608. 4. Complectitur ministerium & vitam Christi usque ad annum 30.

Andr. Fabri, Superint. Stuttgart. Syntagma Hist. Evangelicæ Harmonicum. Germanice 4.

Ulmæ

Ulmæ 1652. Vide *Fischlini* Memorias Theolog. Wirtenbergens. in Supplém. p. 386. sq.

Thom. Falconii Harmonia Evangel. Polonice. vid. *Serpil.* p. 24.

Sim. Fidati conf. *Sim. de Cassia.*

Christoph. Fischeri, Ducatus Luneb. Superint. gener. Harmoniæ Evangelicæ ex IV. Evangelistis concinnatæ Pars I. liber I. & II. German. fol. Ulmæ 1575. Pars II. seu liber III. fol. ibid. 1579. Pars III. sive liber IV. fol. ibidem 1583. Pars IV. sive liber V. fol. ibid. 1595. Conclaves sunt Germanicæ.

Jo. Flachsenii Compendium Harmoniæ Evangelicæ juxta *Chemnitii* & *Calovii* methodum. Aboæ 1701. 8. vide *Aboam literat.* p. 69.

Laur. Foreri, Helvetii, Jesuitæ, Theol. Prof. & Cancell. Dillingensis Vita Christi ex IV. Evangelistis explicata (sub nomine *Thome Viti*) II. Vol. Monach. 1637 -- 1640. 8. Dillingæ 1640. 8.

Mich. Fouque, Galli, Cenomanensis, S. Martini Turonensis Vicarii perpetui, Harmonia Evangelica A. 1574. Gallice. Conf. *Ricb. Simonis* Epistolas selectas lib. 2. p. 101.

Wilb. Fraserii, Episcopi Scotti, Concordantiae in Evangelia. *Dempsterus* Hist. gentis Scotticæ.

Paul. Frisius de tempore Ministerii Christi. Witteb. 1604. 4. Adi *Serpil.* p. 25.

Henr. Gartwaithi, Angli, Harmonia Evangelica. Lond. 4. 1630. 1657. Anglice.

Jo. Gauuer, aliis *Grauer*, Ordin. Carmelit. Lector, Moguntinus, de Concordia Evangelistarum.

G

vid.

Vid. *Calov.* Proleg. de Scriptor. Harmon. p. 12. b.
& Possevinum.

Jo. Gerhardi. vid. supra in *Cheznitio.*

Jo. Gerson. conf. *Jo. Charlierium.*

Erasmi Gliczneri, Poloni, Lutherani in Prussia
 Pastoris, Chronica vitæ, doctrinæ & operum
 Jesu Christi ex IV. Evangelistis. Polonice. Witte
 in Diar.

Matthæi Gothi, Elrichensis, Historia Vitæ &
 doctrinæ J.C. & Apostolorum & discipulorum eo-
 rundem, usque ad Hierosolymæ excidium, Poë-
 mate Græco heroico non ineleganti decantata li-
 bris duobus in schola Ilfeldensi. Basil. apud Opo-
 rin. 1573. 8.

Guil. Gotyngam, Minoritæ, Libb. XII. de con-
 sensu Evangelistarum. *Possevinus.*

Rob. Gouleti, Doct. Paris. Tetramonon Evan-
 geliorum collectum & adunatum. 8. Paris. 1635.

Sam. Gradockii Harm. Evang. Anglice fol.
 Lond. 1668.

Francisci de la Grange vita sancti sanctorum
 ex verbis singulorum IV. Evangelistarum, id est,
 Monotessaron, additis notis Evangelistarum. Hebr.
 Gr. Lat. *Imbonatus* Bibl. Latino-Hebræa.

Eva Elisabethæ Grasinae, natæ de Pörin, Vita J.C.
 ex IV. Evangelistis. German. Argent. 1699. 4.
 De hac legatur *Serpil.* p. 25. sq.

Catbarinam Reginam de Greiffenberg, L.B. in Sey-
 senegg, plurima huc spectantia scripsisse auctor est
 idem *Serpilius* p. 26.

geli-

Frid. Greiffenii quatuor Evangelistarum consonantium Historia Christi, seu Harmonia Evangelistarum, versibus Germanicis. Tubingæ 1647.
4. vid. *Ven. Neumeisteri* Schediasma de Poëtis German. p. 41.

Christ. Grossii, Theol. Doct. & Superint. Gener. in Pomerania, Harmonia Evangelistarum. Germanic. 8. Stargard. 1666.

Jo. Jac. Grynei Demonstrationes SS. Evangelistarum, Jesum esse Christum. Basil. 1588. 4. de quo *Serpilius* saepius laudatus p. 26.

Jo. Habermannii. vid. *Avenarium*.

Franc. Harvæus Theol. & Canon. Lovan. sub nomine *Thom. Aquinatis* Catenam auream edidit Verduss. 1625. 8. Testes producit *Serpil.* p. 27.

Io. de la Haye, Servii, Belgæ, Jesuitæ, Theol. & SS. litter. Prof. O. M. generalis, Quaternio Evangelistarum, seu Historicæ Evangelicæ Dispositio ipsis Evangelistarum verbis ordinata serie distributa. Duaci 1607. 4. Judicia de auctore hoc Lectori propinat *Serpil.* p. 27.

Ejusd. Triumphus Veritatis ordinati Evangelii quadriga invectæ, SS. Patrum exercitu stipatæ. (Concordia quædam Evangelistarum, cum SS. Patrum in eandem Sententiis in modum catenæ concinnatis, additis suis notationibus) 2. Vol. fol. ibid. 1609.

Ejusd. Apparatus Evangelicus, quo ea disquuntur & illustrantur, quæ de Evangelio & Evangelistis possunt disputari. 4. Duaci 1611.

Io. Henr. Heideggeri, Helvetii, Doct. Theol. & Ling. Hebr. Prof. Tigurini liber III. Enchiridii Biblici, Cap. VI. p. 778. sqq.

Prothasii Henrietti, Sezaniensis, Minor. Recollect. Harmonia Evangelica. 4. Paris. 1660. 12. ibid. 1665. 1667. Gallice.

Martb. Henry expositio librorum Historicorum novi Testamenti. Lond. fol. 1715. vid. Act. Erud. Lips. 1716. p. 489.

Nic. Herboin seu Herborne, Galli, Minorita, Monas Evangelica. 8. Colon, 1529. Paris. 1534

Gabr. à Putto Herbofo, Turonici, ordinis Fontebraldensis, Tetramonon, s. Symphonia & concentus IV. Evangeliorum in unam Historiam Evangelicam contextus. Libb. V. 1547. Paris. 16.

Georg. Heseri, Austriaci, Jesuitæ & Ecclesiastis, vitæ Christi Monotessaron Evangelicum. 12. Monachii 1657. Germanice.

Io. Andr. Hiud Historia Historiarum, sive Vita Christi una cum Harmonia ex IV. Evangelistarum verbis. Anglice 8. Lond. 1632.

Gottfr. Hoffmanni, Rect. Lauban. Calendarium Evangelicum, Lauban. 1698. 8. Serpil. p. 28.

Io. Husſi, Bohemi, Concionatoris templi Bethleem, collectio gestorum Christi secundum tres annos prædicationis ejus digesta. Inter ejus opera Norimb. 1558. fol.

Corn. Iansenii, Flandri, Theol. Doct. & Prof. Episcopi Gandavensis, Concordia Evangelica. 8. Lovan. 1549. Eadem cum Commentario fol. Lovanii. 1572. 1577. 1617. Lugd. 1571. fol. 1576. 1582.

1582. 1594. 1606. 2. Vol. 4. Venet. 1566. 1579.
 Antverp. 1585. 1613. Colon. 1592. Colon. &
 Mogunt. 1624. Vide quæ habet *Langius* præf. ad
Clerici Harm. §. XIII. & XIV. it. *Sagittarius* In-
 trod. in *Hist. Eccl.* P. II. p. 22. & *Serpil.* p. 28. seq.
 Adde *Hist. Bibl. Fabriciana* Part. I. p. 260.

Corn. Iansenii, Batavi, Iprensis, Th. Doct. SS.
 litt. Prof. Lovan. & Episcopi, Tetrateuchus seu
 in IV. Evangelia 4. Lovan. 1639. 1641. Paris.
 1643. 1649. 1655. 1660. 1677. 1697. Lugd. 1676.
 1688.

Steph. Iesben, Flensburg. Pastoris, Harmonia
 Evangelica, comprehensa tabula mnemonica.
 Flensb. 1715. 4. in qua *Sandbagenium* in primis
 sequitur. Conf. Unschuldige Nachrichten, 1715.
 p. 1035.

Jacobi Irosque, Hispani, Dominicani, Concor-
 dantiæ in quatuor Evangelistas. *De Altamura.*

Petrus de Irurosqui, aliis *Uzuzquii*, Navarri,
 Dominicani, Theol. Doct. Paris. series totius Ev-
 angelii Jesu Christi ex IV. Evangelistis concinna-
 ta. Stellæ Navarrorum 1557. fol.

Franc. Junii, Fr. fil. Heidelberg. annotationes
 in Harmoniam Latino-Francicam IV. Evangelista-
 rum, Latine à *Tatiano* confectam. 8. Amstelod.
 1655.

Dav. Klugii, Prussi, Theol. Doct. & Pastor,
 Hamburg. Harmonia Evangelistarum Chemnitio-
 Lysero-Gerhardiana in tabulas redacta. Jen. 4.
 1670. 1672.

Ant. à Koninckstein vid. supra Broeckwey.

Iob. Kromayeri, Superint. Vinar. Harmonia Evangelistarum, Germanice 8. Weimar. 1631. & 1636.

Io. Andr. Kunadi curriculum Vitæ Christi, lingua vernacula Lips. 1693. 12.

N. - - - *Lallemandii*, S. J. Reflexions morales, avec des notes sur le N. T. traduit en François & la Concorde des quatre Evangelistes, à l'usage de divers Diocèses à Paris. 1713. 12. 4. Tomes. vid. Mem. Trev. 1714. p. 411. sqq.

M. Petri Lamberti, Lectoris Theol. Gotenburg. Harmonia contra Clericum præcipue, Wistbonum, & Whitbyum, cum præf. *Io. Henr. Maji*. Giessæ Hassorum 1719. 4.

Bern. Lamy, Galli, Cenomani, Congreg. Orat. Presbyt. Paris. Harmonia sive Concordia IV. Evangelistarum, columnis certis disposita, in cuius altero tomo continetur apparatus Chronologicus & Geographicus; in præfatione etiam plerique habentur Scriptores Pontificii, qui Harmonias ediderunt. Jam prodiit Paris. 1689. 12, sed respicimus editionem Parisiensem A. 1699. 4. cuius titulus: Commentarius in Harmoniam cum apparatu Chronologico & Geographicō & Præfatione, in qua demonstratur Veritas Evangelii. Prolixus de Auctore hoc est *Serpilius* p. 30. sq.

Landolphum seu *Leutolphum* vide *Ludolphum*.

Laurentii Brancati de Laurea, Minor. Vita Iesu Christi manu SS. Evangelistarum scripta, sive CON-

contextus Evangelicus, uno quatuor Evangelistarum calamo sacram J. C. describens Historiam: opus posthumum Romæ 1695. 12.

Steph. Leitaonii, Lusitani, Dominicani, Considerationum liber super Concordia *Iansenii*. *Serpil.* pag. 32.

10. Lightfoot, Angli, Collegii S. Catharinæ in Acad. Cantabr. Præfeti, Harmonia Evangelistarum inter se & cum V. T. Tomo I. Opp. Adi *Langium* præf. ad *Clerici Harmon.* §. XXXI. & *Sagittar.* Introduc. ad Hist. Eccles. P. II. p. 20.

D. Val. Ern. Læscheri, Superint. Dresd. tentamen accuratæ Harmoniæ. In *relationibus novantiquis* Germanice editis A. 1701. p. 164. sq.

Petr. Lombardi vid. infra Lit. P.

Eilbardi Lubini, Oldenburgensis, Theol. Doct. & Prof. Rostoch. Quadripartita Evangelicæ Historiæ Monas, seu Harmonia IV. Evangelistarum, Græce, Lat. Germ. 4. Rostoch. 1609. 1612. 1616. Amstel. 1614. Francof. 1615. Rostochii 1640. Latine & Græce. 4. Rostoch. 1626.

Severini Lubomlji s. Lubomilii, Poloni, Ordin. Prædicatorum, Monotessaron Evangelicum, seu Catena aurea ex IV. Evangelistis concinnata f. Cracov. 1607. ext. T. I. opp. Lugd. - - -

Ludolphi s. Landulphi s. Leutolphi, Saxonis, Cartusiani, Prioris Argentinensis, Vita Jesu Christi ex IV. Evangelistis aliisque Scriptoribus Ecclesiasticis conflata, cum Commentario in fol. Argentor. 1483. 1537. Eadem à *Iob. Datrago* notationibus

illustrata in fol. Venet. 1581. Eadem Gallice ex versione *Iohannis Langlois* in fol. Paris. 1582. in 8. Niorti 1605. vide quæ de *Ludolpho* habet *Langius* in præf. ad *Clerici Harmon.* §. VI. pertot.

Othomari Lusciniī, Argentini, Benedictini, Harmonia Evangelica. 4. Augustæ 1523. Conf. *Ammonium Alex.* inter Scriptores veteres supra, statim ab initio.

Reinb. Lutz, Erythropolitani, Harmonia, seu Historia sancta ex IV. Evangeliiis cum Comment. fol. Basil. 1561. absque commentario 8. ibidem 1563.

Thom. Lydiat, Angli, Oxoniensis, Harmonia Evangeliorum Hebraice 2. Vol. in 4. ex dono Guillelmi Cowardi Bibl. Bodleiana p. 86. Catalogi librorum MSt. Angliae part. 2.

Ejusd. Harmonia Evangeliorum Græce ibid. Harmonia Evangeliorum Anglice ibidem.

Polycarpi Lyseri, patris, qui A. 1610. Dresden obiit, Harmoniam Evangelicam vide supra in Chemnitio.

Polycarpi Lyseri, filii, Vita Jesu Christi secundum IV. Evangelistas paraphrasi exposita. 4. Frf. 1615.

Io. Henr. Maji, Doct. & Theologi Gieffensis, Harmonia Evangelica (i) omnium dictorum & factorum Domini nostri Jesu Christi, usque ad Pascha

(i) Auctor ipse in præfatione: Compendium non tantum vasti operis *Chemnitio-Lyseriani, Lightfootiani* aliorumque exhibeo, sed & occasionem suppedito plura meditandi.

Pascha σαυρώσιμον, perpetua Paraphrasi & Commentario ex singulis commatibus cognitionem veritatis & praxin pietatis commonstrante, illustrata. Gieslæ 4. 1704. 1707. Vide Arndii Bibl. Biblic. Mayeri Continuat. p. 117.

Jo. Mallemont, Canonici sanctæ Opportunæ Parisiis Historia Religionis, quæ complectitur Historiam S. ab Adamo usque ad Christum, & vitam Christi ex IV. Evangelistis. Gallice 6. Vol. in 12. Paris. 1704. *Memoires de Trevoux* A. 1708. Jul. p. 1230.

Jo. Mariane, Hispani, Jesuitæ, Diarium Vitæ & actionum Jesu Christi in fol. Madriti 1619. Paris. 1620. Eadem adjectis scholiis *Emman. Sa* in fol. Antverp. 1624.

Mariani, Scoti à Patria dicti, Concordia Evangelistarum. Vid. *Cav. Hist. Script. Eccles. Litt.* p. 530. b. sq.

Jo. Matthesii, Rochlicensis, Past. Joachimici, Historia Jesu Christi ex IV. Evangelistis. Norimb. 1568. Lips. 1587. Germanice.

Jo. Steph. Menochii, Itali, Jesuitæ, Th. Doct. & Prof. Historia saera Vitæ Christi. Italice 2. Vol. 4. Romæ 1653.

Gerb. Mercatoris, Flandri, Cosmographi celebris, Evangelicæ Historiæ quadripartita Monas, sive Harmonia quatuor Evangelistarum contra Carolum Molinæum 4. Duisburgi 1592. 1603.

Gottwaldi Meschini s. Meuschii & Meschivi, Halopotamii, tabula novæ Harmoniæ Evangelicæ,

G 5 qua

qua numerus annorum Christi & profectionum ejus ad festa Hierosolymitana exhibetur. 4. Spiræ & Hanoviæ 1602.

Theob. Meuschii, Calvin. Harmonia Evangel. Hanov. 1604. 4.

Dan. Michaelis Historiae Historiarum tabulæ synopticæ, totam Historiam D. N. J. C. ob oculos ponentes. f. Witteb. 1609.

Dominici Nani Mirabellii Monotessaron Evangeliorum, sive Harmonia è quatuor Evangelistis. Genuæ, Bibl. Fr. Prædicatorum Cœnobii Castellensis, *Sixtus Senensis*.

Caroli Molinæi, Jur. Doct. SS. Lit. Prof. & Consiliarii Reginæ Navarræ &c. Collatio & unio IV. Evangelistarum D. N. J. C. eorum serie & ordine absque ulla confusione, permitione vel transpositione servato: cum exacto textus illibati recognitione. 4. Hanoviæ 1565. Eadem V. ejus Opera Paris. 1681. Vid. *Langii* præf. ad *Clerici Harmon.* §. XI. Quia Molinæus Calvinum subinde reprehendit, hinc Calvinianorum industria statim à partu pene exstinctam scribit *Arnoldus Pontanus* ad *Eusebii Chronicon*. p. 537. Conf. *Annib. d' Auvergne* Censuram libri hujus Gallice editam. 1566. 8.

Jo. Möller, Leidensis, Erklärungs-Schlüssel der Biblischen Figuren über die 4. Evangelisten. Citatur ex *Prætorii* Bibl. Homil. P. II. pag. 513. à *Serpil.* P. 37.

Rich. Montacutius, Anglus, Norvicensis Episcopus

scopus in θεανθρωπικώ s. Originibus Ecclesiasticis. Lond. 1636. 1640. fol. 2. Volum. Adde quæ observat Serpil. p. 37.

Bernardini de Monteureul, Paris. Jesuitæ, Theol. Prof. Vita Salvatoris mundi. Gallice 2. Vol. 4. Paris. 1637. 4. Vol. 12. ib. 1639. 2. Volum. 12. *ibid.* 1694.

Ant. Musæ, Itali, Medici Ferrarensis, Historia Jesu Christi Servatoris, in qua paraphraſtice IV. Evangelistas interpretatur. Italice. *Frisius*.

Phil. Nigri (le Noir) Emmanuel, Poëma XV. libris, Gallice A. 1663. Italice vertit *Mattæus Berlandus de la Lega*. Christian Erlangæ 8. 1716 *Act. Erud. Lips.* 1718. p. 355.

Christoph. Obenheinii seu Obenheyminii expositio locorum pugnantium in IV. Evangelistis. Bas. 1563. *Lipen.* B. T. tit. *Conciliatio S. Scripturæ*.

Georg. Oenopole Harmonia quatuor Evangelistarum. Frf. fol. 1607. *Lipenius* quidem B. T. tit. Evangelistarum Harmonia hunc ipsum sub Lit. A. *Ænopolam* appellat, cum tamen scribi debeat *Oenopole* ex Græco οἰνοπόλης, sicut & à Kœnigio ita vocatur.

Jo. Gottfr. Olearii, Theol. Doct. & Superint. Arnstad. Vita Christi, Halis Sax. 1669. 12. German.

Andr. Ofiandri, Theol. Doct. & Prof. Regioni montani, Harmonia Græce & Latine libris IV. in quibus Evangelica Historia è quatuor Evangelistis ita in unum est contexta, ut nullius verbum ullum

ullum omissum, nullum alienum immixtum, nullius ordo turbatus, nihil non suo loco positum: omnia vero litteris & notis ita distincta sunt, ut quid cujusque Evangelistæ proprium, quid cum aliis & cum quibus commune sit, primo statim aspectu deprehendere queas, addito libro annotationum & Elencho sive indice per tabulas argumentorum. Inscripta est Harmonia *Iohannes Cranmero*, Archiepiscopo Cantuariensi fol. Basil. Joan. Froben. 1537. fol. ibid. 1561. Latine tantum Antwerp. 8. 1540. Francof. 1541. Paris. 1544. 1564. 12. ibid. 1545. Eadem Germanice per *Jo. Schweinzerum* 8. Francof. 1540. 1545. *Osiander*, inquit *Jo. Ge. Pritius* Introd. in Lect. Novi Test. Cap. 15. §. 18. „ primus suscipit ostendere, „nullum Evangelistam extra ordinem suam con- „didisse historiam. - - - - Demum Abr. „Calovius peculiarem Harmoniæ sacræ adhiben- „dam esse operam ratus - - - adeo dextre „coagentavit Evangelistarum relationes , ut „neutquam opus habuerit, ullam, quæ ab Evan- „gelistis refertur, Historiam eo, quo proponi- „tur, loco movere & transponere. - - Post „hunc Sandhagenius Harmoniam Evangelista- „rum exhibuit secundum ordinem temporis, „quo quæque contigerunt , & quam ipsi aucto- „res sacri observarunt, dispositorum. Idem quo- „que institutum fuisse videtur Abr. Coueti de Vi- „vier, Maji & Baronis de Canstein.“ Consulen- da etiam h. l. *Dav. Solbrigii* Diss. de Methodo *ap- mētētō* Osiandrina ejusque fatis. Gardelebiae.

1716.

1716. 4. Vide quoque Cl. *Thome Crenii* Animadversiones Historico-Philolog. Part. IV. c. 5. §. 8. & *Strubergii* Diarium Salanum an. 1720. Trimestri I. p. 188. & *Car. Arndii* Bibliothecc. Biblic. Mayeri Continuat. p. 113.

Onuphrii Ostecuti sive de Comachio Harmonia Evangelistarum. Fuit Episcopus Florent. & *Serpilio ex Elissi* Encomiastico Augustin. pag. 537. innotuit.

Pauli de Palatio, de Salazar, Hispani, Granatensis, S. Scripturæ Prof. Harmonia Evangelica. Const. 4. 1605. Vide de hoc ipso eundem *Serpil.* p. 39.

Frane, Paris Concordia Evangeliorum cum explicationibus. Gallice Paris. 1696. 8. Volumina 2.

Jo. de Parys, Antverp. Soc. Jesu, Margarita Evangelica, seu Vita Christi ex IV. Evangelistis ordinate disposita. 4. Antverp. 1657. & cum auctario 1660.

Joach. Perionii, Galli, Benedictini, Prof. Reg. Paris. Monotessaron. Paris. fol. 1553. Add. *Serpil.* pag. 39.

Guil. Perkinsi, Angli, Harmonia Evangelica, ad calcem Tomi I. Operum. Genev. 1624. fol.

Guido de Perpiniano vid. *Terrenus.*

Dion. Petavii, Galli, Jesuitæ, XII. 18. Doctrinæ temporum. Paris. 1627. fol. Tom. II.

Petri Lombardi, à Patria sic dicti, Magistri Sententiarum, D. Paris. & Episcopi, Concordia Evangelistarum. Parisiens. 1483. 1561. Fides sit penes

penes *Lipeninm*, qui hunc ipsum cum *Petro Come-*
store confundere videtur, de quo sub Lit. C. egi-
 mus. Adde *Serpil.* p. 34.

Jac. la Peyre d'Auzoles conf. lit. A.

Pauli Pezron, Relig. Cisterc. & Theol. Doct.
 Paris. Historia Evangelica per Judaicam & Roma-
 nam confirmata, quæ simul exhibit Harmoniam
 Evangelicam, Gallice, Paris. 1696. 12. Tom. II. *Aet.*
Erud. Lips. Tom. 3. Supplem. Sect. 5. p. 200. sq.
 Conf. *Serpil.* p. 40.

Christoph. Matth. Pfaffius Theol. Doct. & Prof.
 Cancellarius Tubing. quæ in hoc studiorum gene-
 re meditatus est, expectamus cum V. C. *Jo. Chr.*
Dorn, P. II. p. 100. Bibl. Theol. Crit. Notas in-
 terim Pfaffianas in Evangelium Matthæi, Tubing.
 1721. 4. editas, huc quoque spectare edocemur
 in neuen Zeitungen von gelehrten Sachen Ao. 1724.
 p. 211. in.

Jo. Pomeranus vid. *Bugenhagius*.

Guil. Postelli, Normanni, LL. OO. Profess.
 Paris. & Presbyt. Concordia quatuor Evangelista-
 rum, sive Vita Christi. Gallice 16. Paris. 1562.

Jo. Podensteineri Harmonia Evangelica. Am-
 stelod. 1653. 4. Germanice edita & *Lipenio* me-
 morata.

Caroli de Prevoft d'Herbelay, Parisini, Congreg.
 Orat. Presbyt. & Canonici Nivernensis, Vita Chri-
 sti seu Concordia IV. Evangelistarum. Gallice 4.
 Paris. 1653. 2. editio aucta 4. ibid. 1656.

Greg. Primatitii, Itali, Senensis, Dominicani,
 Theol.

Theol. Doct. & Prof. unum Evangelium ex quatuor Evangelii contextum. Vid. epistola ejus nuncupatoria Comment. in Epist. Pauli 4. Venet. 1564.

Io. Georg. Pritii, Theol. Doct. & Rev. Minist. Francof. Senioris Cap. XV. & XXXVI. Introd. in Lectionem N. T. Lips. 1704. 12.

Gabr. de Puiskerbaut, vid. supra *Gabr. à Puteo Herbofo*.

Barthol. Radmanni, Viadrini, Theol. Doct. ling. Hebr. & Theol. Prof. Vita Christi ex quatuor Evangelistis in tabulas redacta, f. Frf. ad Oder. 1600.

Georg. Randtii, Superint. Plaviensis, Beschreibung der vier Evangelisten, fol. Franckf. 1579. ex *Prætorii Bibl. Homil. P. I. p. 557.* adducit *Serpil.* pag. 41.

De Saint-Real, Sabaudi, Clerici, Vita Christi ex IV. Evang. cum notis Gallice 12. Paris. 1678. sq. & quarta editio in operibus ejus junctim Gallice editis & in IV. Tomos distributis Volumine tertio Hagæ Comitis 1722. 12.

Vinc. Regii, Siculi, Panormitani, Jesuitæ, Th. Prof. Evangelistarum dilucidationum libri octo, in quibus Vita Domini nostri Jesu Christi ex quatuor Evangelistis desumpta continetur, suis Scholiis, Theoriis & digressionibus illustrata. (Exstant dun taxat libri V. auctore morte prævento, antequam finem fecisset) 3. Vol. fol. Colon. 1615. 1616.

Ie,

Io. Pauli Resenii, Dani, Theol. Doct. & Prof. Episcopi Seelandiæ, Apparatus Evangelicus, sive Harmonia Evangelistarum, nescio an edita. *Bibl. Hafniens. Academiae, Mollerus* pag. 297. in Hypomnem. ad *Bartholini scripta Danorum*.

Eberb. Reuss Harmonica deductio Vitæ Jesu Christi. 4. Frf. 1603.

Io. Bapt. Riccioli, Itali, Ferrarensis, Jesuitæ, Theol. Prof. *Evangelium unicum ex ipsis verbis IV. Evangelistarum conflatum*. 12. Bononiæ 1667

Ejusd. Chronotaxis gestorum Christi, libro octavo Chronologiæ reformatæ p. 332. sq.

Barth. Ricci, Soc. Jesu, Monotessaron Evangelicum, seu vita Domini nostri Jesu Christi ex Evangeliorum contextu, cum figuris 8. Romæ 1607. Duaci 1607. Eadem cum scholiis 8. Piëtatis 1621. Italice 4. Romæ 1609. vid. de hoc *Serpil.* p. 41.

Io. Richardsoni, Angli, Theol. Doct. & Episcopi Ardachadensis in Provincia Armachana, *Acta Christi per IV. Paschata distincta ex IV. Evangeliorum Harmonia*, exhibita à *Iacobo Ufferio* ad calcem Annalium V. T. p. 569. in fol. Lond. 1650. 1654. & aliæ editiones.

D. Aug. Quir. Rivini, Medici Lipsiensis, Ao. 1723. 30. Dec. denati, *Historia von Jesu Christo in 200. Puncten abgefasset*. Lips. 1722. 4.

Petri à Rivo, Belgæ Th. Doct. & Lovaniensis, Monotessaron, seu Concordia Evangelica, MSt. Lovanii apud Patres S. J. *Valerius Andreas.*



*Io. Roberti, Arduennatis, Jesuitæ, Th. Doct.
& S. Scripturæ interpretis, Mysticæ Ezechieliæ
quadrigæ, hoc est, sancta Evangelia Historiarum
& temporum serie vinculata. Græce & Latine.
Mogunt. 1615. fol.*

*Franc. de Rojas seu de Roxas, Hisp. Toletani,
Minor. Theol. Lectoris, Concordia Evangelica
juxta literales, anagogicos, morales & allegori-
cos sensus. 2. Vol. fol. Madriti 1621. Eadem sub
Catenæ nomine edita 3. Vol. fol. Lugd. 1651.
Conf. Serpil. p. 42.*

*Christ. Knorrius à Rosenroht vid. supra Anonymus
Anglus, f.*

*Seb. le Roux, Past. Ecclesiæ de Andeville in Di-
œcesi Carnotensi, Concordia IV. Evangelistarum,
plenam, recte ordinatam, planeque cohæ-
rentem Jesu Christi Historiam nova, eaque expe-
ditissima arte exhibens, cum variis annotationi-
bus. 8. Paris. 1699. Gallice 8. ibid. 1699. iterum-
que 1701. ibid. Singularis artis opus appellat
Auctor hanc Evangelistarum Concordiam à se ad-
ornatam, qua una decem annorum spatio se
totum detentum fuisse innuit, & eandem nunc
demum absolutam operæ industriæque omnium,
quotquot unquam in simili labore occupati fue-
rint, anteferendam esse, totus sibi persuadet. vid.
Act. Erud. Lips. an. 1700. p. 82. sq.*

Jo. Rubi, Hannonii &c. conf. Briffonius.

*Conr. Ruffus, Esterlogensis, Dominic. à Drau-
dio perperam inter Harmonicos numeratus dici-
tur Serpilio p. 42.*

Jo. Reinh. Russ, Prof. Ling. Gr. Jenens. Harmonia Evangelistarum prelo est subjecta. Vide neue Zeitungen An. 1724. No. 2. p. 15.

Dan. Sachsi, Superint. Cöthenensis, Concordia Evangelistarum, concionibus 300. explicata. Cöthen 1641. fol. Francof. 1651. 1658. 1662. fol. tribus Volum. Germanice. Conf. *Serpil.* p. 43.

De Sacy le saint Evangile de Jesus Christ &c. IV. Vol. Par. 1697. Brux. 1698. 8. *Serpil.* pag. 43.

Casb. Herm. Sandhagenii, Sup. gener. Slesv. & Holst. Harmonia Evangelica. Luneb. 1684. auctior 1688. 8. & saepius. Germanice. Longus de hoc ipso est *Langius* præf. ad *Clerici Harm.* §. XXVI. XXVII. XXVIII. add. *Serpilius* p. 43. Harmonia hæc occurrit Latine in D. *Jo. Georg. Pritii* introductione in Novum Testamentum p. 150. sq. De eadem conferre licet *Jo. Georg. Bertrami* Lüneburgische Kirchen-Ristoria p. 251. sq.

Ludolphi Saxonis vid. *Ludolphus*.

Josephus Scaliger à Christi Baptismo ad mortem usque computat Paschata quinque p. 86. ad Euseb. & libro VI. de emendat. temporum p. 552. sq. Paulo aliter Paschata quinque *Wilbelmus Langius* de annis Christi lib. II. Cap. 10. sq. Fuere è Veteribus, qui unico tantum anno Baptismum Domini & prædicationem passionemque concluderunt, ut patet è *Philaistro* hæresi 105. aliisque apud *Blondellum* prolegom. ad lib. de Episcopis p. 27. sq. & *Grotium* ad Luc. IV. 19. Eidem sen-

ter-

H

tentiae ad stipulatus nuper est *Franciscus Burmannus* parte 2. Exerc. Diss. 2. de intervallo τῆς πολιτείας sive functionis Christi p. 257. Aliis placet tria tan-tum Paschata admittere, ut post *Irenaeum* II. 38. *Petavio* XII. 17. doctrin. temp. & *Neriso* Cenotaph. Pisan. C. XVI. Sed libenter accedo eorum sen-tentiae, qui Johannis Evangelistae testimoniiis con-gruentius Paschata quatuor à Sospitatore nostro post Baptismum celebrata esse docent.

Sebast. Schambogen, ex ord. S. Francisci andäch-tige Betrachtungen über das Leben, die Lehre und das Leiden JESU Christi, aus den 4. Evangelisten. Prag 1710. 4. Conf. Vitam Comitis de Sporck p. 91.

Jo. Eberh. Scheifleri, Pontif. Theol. Doct. Vita Christi 276. concionibus promulgata, ex *Preto-rii* Bibl. Homil. P. II. p. 513. huc refertur à *Serpilio* pag. 44.

Jo. Jac. Scherer, V. D. Ministri San-Gallensis, Entwurff der Historia von unserm HErrn JESU Christo, welcher als ein Grund-Riß der mit Gottes Seegen einstens erfolgenden angewiesenen Einhel-ligkeit der 4. Heil. Evangelisten dem Leser fürgeleget wird, St. Gallen 1702. 4. plagg. 7.

Justi Georg. Schottelii, Consil. Aulici Guelfici, Harmonia Evangelica. Brunsvic. 1675. 8. Ger-manice.

Barthol. Sculteti, Mathematici, Curriculum humanitatis Christi, octo tabulis exhibitum. Görlitz 1580. fol.

Eiusd. Diarium humanitatis Christi ex IV. Ev-
H 2 van-

angelist. Frf. ad Viadr. 1600. 1610. 4. vid. *Catal.*
Biblioth. Frf. p. 267. Auctor non modo ad annos
 sed & dies singula ab Evangelistis narrata revocat
 haud contemnendo studio. Hic *Sculptus* non est
 diversus à *Barthol. Siultato*, de quo vide *Serpilium*
 pag. 45. contra *Lipenium*, *Fabriciumque* disputan-
 tem.

Andr. Seelmatteri, Helvetii, V.D. M. Sympho-
 nia quatuor Evangelistarum. Basil. 1613. 4. Ger-
 manice. De hoc vide *Calov.* l. c. fol. 16.

Nic. Selnecceri, Theol. Doct. & Prof. Lips. Ex-
 plicationes Harmoniae Evangelicæ. Lips. 1604. 8.
 & antea Jenæ 1593. tribus libris. Conf. *Serpilium*
 pag. 45.

Casparis Serrano, Lusitani, Reform. Minist.
 Nemausensis, Historia Evangelica, seu compen-
 dium Concordiæ Evangeliorum *Iansenii*, Ganda-
 vensis Episcopi. Colon. 1593. 8.

Georg. Sigelii, Norimb. Theol. Prof. Altdorf.
 Historia Jesu Christi. Norimb. 1585. fol.

Barthol. Siultati vid. *Sculptum.*

Dav. Solbrigii Harmonia SS. Evangelistarum
 $\delta\varphi\theta\alpha\chi\pi\varsigma$, h. e. summa Capita omnium, quæ
 Jesus Christus, filius Dei & Salvator mundi in his
 terris egit, dixit & perpessus est. Lips. & Gardeleb.
 1716. 4. Prodromus est hic liber majoris operis,
 in posterum secuturi. conf. gel. Zeitungen A. 1716
 Supplem. pag. 538. & Biblioth. Hal. P. LV. pag.
 270. sq.

Gwil. Somerset, Angli, Bened. Malmesburien-

sis

sis Bibliothecæ præfecti, de Evangelistarum serie
lib. I 5. *Baleus.*

Georg. Spinderi, Historia Vitæ, passionis, mor-
tis & resurrectionis Christi. Germanice 4. Her-
born. 1605.

Thom. Stapletoni Antidota in IV. Evangelia.
Ext. in Opp. Paris. 1620. An hoc pertineant, du-
bius hæreo.

Georg. Steinbardi, Past. Ottendorff. Evangeli-
starium. Germanice. Lips. 4. 1585. 1588. 1593.
1608. conf. *Serpil.* p. 46.

Stephani, Armeniae Patriarchæ, Dominic. Ar-
chiepiscopi Ecclesiæ Nascivanensis in majori Ar-
menia, Historia Evangelica ex IV. Evangel. col-
lecta. Perfice. Florentiæ Bibl. Medicæa Palatina
cod. 42.

Rob. Stephani, Typograph. Reg. Paris. deinde
Genev. Commentarii vel novæ glossæ ordinariæ
cum Harmonia ex IV. Evangelistis. Paris. 1553.
fol.

Io. Stineri, Serpilius habet *Strineri*, Concordia
in quatuor Evangelistas. Colon. 1629. fol.

J. A. S. i. e. *Io. Ant. Strubergii* tabula nova Har-
moniæ Evangelicæ. Frf. & Lips. 1720. conf. neue
Zeitungen von gelehrten Sachen, Ao. 1721. Nro.
XXXIX.

Nic. Talon è Soc. Jesu, Historia sancta novi Te-
stamenti, respondens IV. Evangelistis. Paris. fol.
1669. II. Tom. Gallice. ibid. fol. 1659. IV. Part.
Lipen. B. T. tit. Historia Biblica.

Ier. Taylori, Angli, Theol. Doct. & Prof. Episcopi Dunensis & Connor in Hibernia, Exemplar magnum, seu Historia Vitæ & obitus Salvatoris nostri. Anglice in fol. Lond. 1655. Belgice fol. Ultraj. 1700. Amstelod. 4. 1656. Germanice 4. 1704. Lipenius & Sagittarius itemque Serpilius Thomam mendose vocant.

Guidonis Terreni, Hisp. Catalani è Perpiniano, Carmelitæ, Episcopi Majorensis, deinde Elvensis, Quatuor unum, hoc est Concordia Evangelica cum Commentariis fol. Colon. 1631. 1641. 1646. 1657.

Theodosii Parisiensis Historia de Concordia Evangelica, quicquid in aliis hactenus editis ad digerendos Evangelistas aptius videbatur, ita complectens, ut quam plurimis in locis correcta & restaurata, articulis & versiculis distincta, excerptis illustriorum Patrum de Evangelistarum consensu Testimoniis, novis annotationibus, certa etiam Geographia & indicibus locupletissimis instructa. Paris. 1653. vid. Lipen. B. T. tit. Concordia Evangelica.

Thome Aquinatis, Itali, Doctoris Angelici sic dicti, ex nobilissimo Comitum Aquinatum, Regumque Siciliæ & Aragoniæ sanguine oriundi, Catena aurea in IV. Evangelia, ad Urbanum IV. Papam, ex Sententiis SS. Patrum miro artificio contexta. Prodiit seorsim Lugd. 1530. 8. Antverp. 1678. fol. Commentarii ejus in IV. Evangel. prodierunt 2. Vol. Norimberg. 1474. Venet. 1486. Cav. Hist. Script.

Script. Eccles. Lit. p. m. 636. Conf. supra *Franc. Harvæum*, cui hæc Catena adscribitur.

Salomonis van Till, Past. Dordraceni, *Harmo-
nia Evangelica*, commentario in Matthæum ad-
juncta. Dordraci 1687. 4. Belgice & 1695. 4.
Germanice Lips. 1705. 4.

Sebast. Nanus Tillemontius, 10. Januar. A. 1698.
ætatis 60. Parisiis defunctus, parte I, memoriarum
ad Hist. Ecclesiasticam spectantium. Paris. 4. &
Bruxellis 1694. 12. Gallice. *Act. Erud. Lips.* 1695.
p. 249. sq.

Nic. Toinad, Galli, Aurelianensis, *Evangelio-
rum Harmonia Græco-Latina*, cum quibusdam
notis & Prolegomenis *Iuliani Fleury*, *Cantoris Ec-
clesiæ Carnotensis*, fol. Parisiis ap. Andr. Cramoi-
sy 1706. Jam ante aliquot annos hæc fere integra
Schedis sejunctis excusa fuerat. Ex Cap. II. Pro-
legomenorum : „Græcus textus excusus est“
ad vetustissimos duos Vaticanos codices ac La-“
tinam veterem versionem, quando scilicet hæc“
cum illis convenit. Variantes autem illas à vul-“
gato textu Vaticanas Lectiones, nunquam, quod“
sciam, recensitas, excerptis Vir Clariss. Carolus“
Cato de Court, easque dum viveret, nobiscum“
officiosissime communicavit. “ Ex Cap. III.
„Series textus Latini singulari columna compre-“
henditur - - - - Græci textus interpre-“
tationem partim novam, partim ex veteri vul-“
gata mixtam, modo plene, modo compendiose“
exhibit. “ Add. *Serpil.* p. 48. Hanc in quibus-
dam secutum se esse non diffitetur *Ioannes Clericus*

T. 15. Bibl. selectæ p. 253. sq. Prodiit & Gallice 1716. 8. Fortasse hæc editio Gallica eadem est cum illa, quæ sequitur.

Harmonia seu Concordia Evangelica, complectens vitam Jesu Christi, ad normam *Nicolai Thoisonard*, cum ejus notis, Gallice in 12. Paris. 1717 Eadem Belgice in 12. Antwerp. 1717.

Pauli Tossani, Galli, Theol. Doct. & Prof. Heidelberg. Harmonia Evangelica, seu consensus Evangelistarum. Vid. ejus Comment. in novum Testamentum 4. Hanoviæ 1604. De *Daniele Tossano* refert B. *Calov*. Proleg. cit. p. 13. a. m. eundemque in literis ad *Theobaldum Meuschium* Anno 1549. 23. Novembr. datis Harmoniæ meminisse, quam se concinnare ait, in qua non plura in curriculo ministerii Christi numerat paschata, quam tria, qvum *Mercator* & *Meuschius* quinque assignent. An hæc ipsa unquam lucem aspexerit, de eo valde dubito.

Nic. de Tourneux, Galli, Presbyteri, Prioris Villerii Diœcesis Sueßionensis, Historia Vitæ Christi. Gallice 12. Paris. 1678.

Henr. Tozer, Angli, Past. Roterod. dicta & facta Christi collecta & ordine disposita. 8. Oxonii 1634.

Ioannis Varenackeri Monotessaron. Asservatur Lovanii in Theologorum Collegio, absolutius quidem eo, quod *Ioannes Gerson* edidit, magna tamen parte illi simile. *Valer. Andreas*.

Franc. Vavasseur, Soc. Jesu, Theurgicon seu quatuor

quatuor libri de Christi Miraculis ex quatuor Evangelistis. Paris. 1644. 1654. 4.

Jo. de Vauzelles Harmonia Evangelica. Gallice. Lugd. 1526. vid. *Franc. Crucimanii* Bibliothecam Gallicam p. 271.

Arnoldi Vennekens de Vita & Passione Jesu Christi lib. collectus ex IV. Evangelistis. Gandavi 1575.

Jo. Mariæ Verrati, Carmelitæ, Harmonia Evangelica, edita est Tom. II. operum ejusd. fol. Venetiis 1571.

Hieron. Vignier, Galli, Congreg. Orat. Presbyteri, Concordantia Evangelica. Gallice 12. Paris. 1662.

Didaci de Villalobos, Hispani, Concordia Evangelistarum, seu Evangelium secundum quatuor Evangelistas, cum annotationibus minime vulgaribus. 8. Pinciæ 1555.

Thomæ Viti conf. *Forerum.*

Abrab. Coueti de Vivier vid. lit. *C. Couet.*

Pauli Voetii Harmon. Evangel. 4. Amstelod. 1654.

Phil. Volaterranum vid. *Wolterranum* infra.

Gerb. Jo. Vossius non solum Harmoniam Evangelicam de Passione, Morte, resurrectione ac ascensione Jesu Christi Servatoris nostri lib. III. conscripsit, de qua infra suo loco; sed & in ejus limine seorsim se de munere propheticō Christi pariter egisse, eoque tum prædicationem Evangelii tum confirmationem ejus per miracula retulisse, perhibet. vid. *Calov.* l. c. p. 13. a. m.

Jac. Ulsserius, vid. supra *Anonymum Anglum & Richardson.*

Phil. Vulteranus vid. *Wolterrano.*

Mich. Waltberi, Senioris, Theol. Doct. Concordia Historica quatuor Evangelistarum. Germanice 4. Norimb. 1633. vid. Auctoris Centur. Misc. Theol. p. 298.

Eduard Welli Tabella, Harmoniam Evangelicam repræsentans. Lond. - - - itemque Tractatus de Harmonia quatuor Evangelistarum 4. ibid. vid. gelehrte Zeitungen, 1718. pag. 170. item Biblioth. Angloise T. II. p. 542.

Guilelmi Whiston, Angli, Neo-Ariani, Profess. quondam Mathes. Cantabrig. brevis consideratio Chronologiæ V. T. & Harmoniæ Evangelistarum Cantabr. 1702. 4. Anglice. *Le Longius* editionem habet Londinensem ejusd. anni. Add. judicium Sagittarii, Introd. in Hist. Eccles. T. II. p. 21. & Serpil. p. 50. in primis vero B. Gottfr. Olearii, obser- vatt. sacr. in S. Matthæum p. 7. seq.

Io. Wiclefus, vid. Clem. Langboniensis supra inter Scriptores veteres.

Iac. Wieci, Polon. Soc. Jesu, vitam Jesu Christi Jansenianam Polonice reddidit, de quo Serpil. pag. 50.

Georg. Wirth, Lusatii, Med. Doct. Caroli V. Imp. & Phil. II. Reg. Hisp. Archiatri, Vita seu Evangelium Jesu Christi ex Evangelistis &c. fol. Frf. ad M. 1594. 4. 1610. ibid.

Ejusd. Hortulus senilis prudentiæ, h. e. Evangelicæ

gelistarum quatuor secundum seriem Historiarum
in certas classes & capita harmonica digestorum
expositio paraphrastica. Frf. ad M. 1594. fol. it.
1610. vid. *Theodori Crusii Bergniung müssiger
Stunden Part. VII. p. 21. seq.* item *Henelii Silesi-
am Renovat. cap. 7. p. 252.*

Dan. Whitby, Angli, Theol. Doct. & Ecclesiae
Salisburiensis Praeceptoris index Chronologicus
post Commentarium in Novum Testamentum.
Lond. 1703. fol. & ex ed. secunda ib. 1706. An-
glice. *Act. Erud. Lips. 1704. p. 145. sq.*

Phil. Wolterrani, sive *Volaterani*, s. *Vulterani*,
Minor. Concordantiae Evangeliorum. *Wadingus*
& *Possevinus*. Delitescunt in Bibl. Florent. St.
Marci.

Christ. Henr. Zeibichii, Theol. Doct. & Super.
Eilenburg. monita, Harmoniam Evangel. condi-
turis salutaria. Lips. 1719. 4. Vid. *Unschuldige
Nachrichten 1719. p. 459.*

Phil. Ziegleri Concordia Evang. Francof. 1620.
fol. Germanice.

Hermannii Zoestii, Cisterciensis, Evangelium ex
quatuor unum. Vid. Catalogus librorum ejus in
calce trium opusculorum ipsius à B. Museo Hafn.
1701. 8. ex MS. *Gudiano* editorum.

Theod. Zwingeri Harmonia quatuor Evangel.
adi Serpil. p. 51.

II. Ordinis ratio nos tandem monet, hoc loco
eos referre Scriptores, qui præter Evangelistas in
conciliatione reliquorum librorum novi Testa-
menti occupati fuerunt. Sunt quidem numero
pauci

pauci, interea nec condemnendi, nec à nobis
omittendi.

Ludovici Morini, Galli, Medicinæ Doctoris Pa-
risiensis & Regiæ Scientiarum Academiæ socii,
Concordia actuum Apostolorum & Epistolarum
S. Pauli, Græce. Penes Hæredes Auctoris. Le
*Long. Vitam ejus lege in *Europa Erudita* Tom.*
I. Part. I. p. 67. sq.

Concordia Epistolarum Pauli & aliorum Apo-
stolorum. Gallice 12. Parif. 1685.

Paduani Barlette, sive de Graffis, Theol. Prof.
Venet. Concilium Pauli, seu selectiones Contra-
dictionum occurrentium in Epistolis Pauli. 8. Ve-
net. 1544.

Henr. Bened. Starckii notæ selectæ in loca du-
bia ac difficiliora Novi Testamenti, præter Epi-
stolas ad Ebræos & Romanos, quæ seorsim pro-
stant, usque dum corpori suo rursus inferantur.
4. Lips. 1724.

Harmonia Apocalypticæ, ex sententiis diver-
sorum Theologorum collecta. Franc. 1618. 8.
vid. Catal. Schrödter. p. 394. in.

Sectio

tur à Cel. *Io. Alb. Fabricio* hoc ipsum Bibl. Græc. Lib. IV. C. XXVI. p. 172. num. 6.

Natalis Alexander, Gallus Dominicanus, Th. Doct. & Prof. Paris. de Consensu librorum Regum & Paralipomenon cum SS. Matthæo & Luca in Genealogiis Regum Judæ. Vid. ejusd. selecta Historiæ Eccles. capita, ætate V. diss. 9.

Henr. Müllerus, Doct. Theol. & Prof. Rostoch. extruxit Harmoniam Veteris & Novi Testamenti Chronologicam. 4. Rostoch. 1668.

Maria Magdal. Feuillet, Galla, edidit Concordias Prophetiarum circa Passionem, Resurrectionem & Ascensionem Jesu Christi. Gallice 12. Paris. 1689.

Gerardi Carrarae, Itali, Episcopi Savonensis, Concordantiae Epistolarum Pauli cum Salomone. Ex *Gandolfo le Long*, sed non amplius exstant.

CAPUT II.

De Conciliatoribus certarum Materiarum ex Veteri Testamento.

Exstat Harmonia Harmoniarum in Jehova Elohim, ex Historia Creationis & Benedictonis Gen. I. & II. & Num. VI. 23. sq. Præf. D. *Io. Deutschmanno*, Relp. *Io. Bapt. Ræschelio*. 4. Witteberg. 1700.

M. Io. Iac. Stromayer tribus disputationibus Decalogum vindicavit, atque in prima Harmoniam Decalogicam conferendo, in binis reliquis Disharmoniam Decalogicam quoad *ælisanna* seu